



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Svmmorvm Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**



# SÆCVLVM SEXTVM ITALO- GOTHICVM.

SVMMORVM PONTIFICVM ROMANORVM  
CONTINVATA SVCCESIO.

54. **H**ORMISDA creatur *anno* 514. cui Rex Franciæ Clodoveus, Christianus primus, regni coronam misit. Multis legationibus laboravit pro & publi ca Ecclesiæ pace, & priuata Episcoporum, suasque vices delegat Episcopo Constantinop. in Episcopis lapsis recipiendis, *an.* 521. Moritur *an.* 523. cum sedisset *an.* 9. Dies 10.

55. IOANNES I. creatur *an.* 523. Iustino Imp. arianos exagitante, Theodoricus Rex cogit Papam obire legationem pro eis ad Iustinum; sin' toram Italiam gladio sese extincturum minabatur. In itinere, Corinthi nobilis ægro mansuetissimū vxoris equum ei accōmodabat; qui remissus ferre porro fœ-

minam noluit: maritus, quod erat, ratus equum Sancto viro dicatum esse, eidem dono transmisit, precatus vt acceptaret. Ad portam vrbs Constantinop. clamanti cæco manus imponēs visum restituit. Ciuitas ei ad XII. lapidem ei cum cereis & crucibus, in honorem Apostolorum Petri & Pauli, processerunt obuiam.

Imperator dans honorem Deo, promissis in terram est eum veneratus. Peractis rite Diuinis paschalibus, tantum abest, vt in consilio causam egerit Arianorum; vt vehementer etiam omnes proficere suaderet; ac eorum templa per nouam consecrationem verteret in Catholica: *an.* 524. Theodoricus reuersum *an.* 526. compegit in teterrimum.

o 3,

car-



carcerem Rauennæ, ubi pædore & inedia confectus martyrij coronâ est conlectus. Sedit annos 2. Men. 9.

56. FELIX IV. creatur *an.* 526. celebratur Conc. Arauficano contra Arauficanos *an.* 530, moritur. Sedit annos 4. Men. 2.

57. BONIFACIUS II. Romanus creatur *an.* 530. & contra eum Dioscorus antipapa excommunicatus interijt. *Anno* 531. in Conc. Romano sibi successorem ordinauit Vigilium; sed quia Sanctis Canonibus id aduersabatur, continuo suum ipse decretum coram Clero Populoque Rom. combussit; & obijt; Sedit annum 1. Dies 2.

58. IOANNES II. creatur *an.* 531. Illud *Vnus ex Trinitate est passus*, verum esse definiuit Imperatori si addatur, aut subaudiatur, *in carne*, non in Deitate. Hoc, *Vnus ex Trinitate est incarnatus*, verum esse: Vnde Mater vere *Dei paræst*. Moritur *an.* 534. Sedit annos 2. Men. 4.

59. S. AGAPETVS Romanus creatur *an.* 535. Ab Imp. Iustiniano Fidei accipit professionem; & priuilegium de bonorum ecclesiasticorum præscriptione centum annorum. Theodatus Italiæ Rex, *an.* 536. cogit Papam obire legationem ad Imperatorem pro pace: Sin, dira minabatur, dans interim occultas ex metu ad eum quibus se sponte abdicans regno id Imperatori resignabat, tantum vt vitâ donaretur. At Agapetus ob paupertatem debuit S. Vasa ecclesiæ oppignorare in viaticû. In itinere diuina celebratur claudus ac mutus offertur sanandus. Mîsâ patrâ, claudo manum porrigit, inque pedes sistit. Sacram Hostiam in os deponit, & mutus loqueba-

tur rectè. At pro Rege nil obtinuit. Formellanum prope Româ Episcopum subditi accusarant, quod in vale sacro comederet. Papa citatum Romanum carcere claudit; tertia post nocte moritur in sôno ab astate. Hodie solû captiuû volo sacrificare; non aliû Vrbe tota. Ex accessito protinus querit; quod esset opus eius: nec accipit aliud, nisi; *Peccatum sum*. Celebranti Papa cum ministris stans proxime, tert ægre, eum Oblationis orationem quartum reperere, negatamen concludere. Causam percunctâti dicit celebrans: Ignosce, non vidi de more Sp. Sancti descensum. Sed Diaconû abscedere iubeto. Abijt; continuoq; Papa videt S. Sp. aduentû, quasi per tres horas eos obumbrantis, per extensam aræ velum. Mortuus Constantinopoli Romam transfertur *an.* 536. Sedit anno non toto.

60. S. SYLVERIUS Campanus creatur *an.* 536. Fuit Hormisdæ PP. filius ante ex legitimo natus ei matrimonio, quam ad statum Ecclesiasticum adisset. *Anno* 538. toto Gothis Urbem obsidentibus, nec S. Petri & Pauli templa suburbana, seu clericos lædentibus, Papam Belisarius, de prodicione suspectum, deportat in exilium: sufficitque Vigilium. Mollebat id impia Theodora Augusta, que Papatum ei promisit, quando cum S. Agapeto Diaconus egerat Constantinopoli: sed si repromitteret Augusta, se Eutychianos Epil. restitutum. Post crati sui pœnitens Belisarius Romæ tēpû construxit. *An.* 539. Papa exul in carcere excommunicat Vigilium cum fautoribus; fameque erectus occumbit martyr *an.* 540. Sedit annos 3. Necem eius dicit



ditæ clades diuinitus vindicarunt.

61. VIGILIUS *an. 538.* à Belizario intrusus Antipapa fastuosus & simoniacus, promissis auri 200. libris Theodoræ dādis; sed deinde negatis; ab exule Papa & martyre excommunicatus; Primatum Romanum tamen scriptis defendit. In Diuis recepto S. Syluero Vigilus sese, nequedum ab Clero Romano receptū, nec recipiendum, abdicat vltro Papatu; ea spe, fore se ope Belizarij restituentū canonicè. Qua motus humilitate, licet flecta, Clerus; perspecta ei<sup>9</sup> pura fide Catholica, (excepta Simonia) metuque Schismatis; orantibus ita Belizario & Senatus; ipsum in Papā elegit. Hic ille mox ita mutatus in aliū, Simonia pec. suum deestatus male promissa Theodoræ negare omnia, anathematizare Euty-chianos, cæterosque hæreticos; Iustinianus vero Imperator ei mittere fidei Confessionem ac offerre obsequium.

*Anno 546.* obsessa ab Totila Vrbis trumentum ex Sicilia submissit; euocatusque Constantinopolim in cauta trium Capitulorū, *an. 547.* veniens cū fletu Imperatoris, publicaq; professione excipitur. At mox vt Iustinianus & Theodora sibi ante Papatum promiss instantius exigebant; aiebat: *Vi video ad Diocletianum & Eleutheriam veni. Facite vt vultis; digna n. factis recipio.* Tria autem Capicula ea non erant: *An Christus sit vnus de Trinitate; Et, is Passus; Et eius Genetrix sit Deipara; Non: sed de tribus vris contendebatur; de Theodorico Mopsuest. Iba Edesseno; & Theodoreto Cyro.*

De horum damnatione calumniam

deinde passus est, *anno 540.* constatur contra eum Schisma: sed schismaticos excommunicantem. *An. 553.* Consentit celebrari Concilium V. Occumenicum: ad quod & honorificentissimè inuitatus venire reculat; vetat tamen contra suum de Tribus Capitulis Constitutum sentiri à quoquam. Qua causa ab Iustiniano multabatur exilio.

Concil. Constantinopolitanū pro Oecumenico recipit, eiusque de Tribus capitulis decretum suo contrarium approbat; quatenus non de re Fidei, sed de vris agebatur; & nil esset Chalcedonensi Concilio contrarium. Ideoque *an. 554.* relaxatus ab exilio, moriebatur Syracusis *anno 555.* Sedit annis 15. Mensibus 6.

62. PELAGIVS, creatur *anno 555.*

Se publice purgat de calumnia procurata Vigilio mortis.

*Anno 556.* ab schismaticis Trium Capitul. insimulatur de fidei prauitate: ideoque Childerico Regi Franciæ sinistrè persuaso fidei professionem perscribere cogitur.

Moritur *anno 559.* Sedit annis 4. Men. 10.

63. IOANNES III. creatur *anno 559.* obit *anno 572.* Sedit annis 13. Diebus 14.

64. BENEDICTVS I. creatur *anno 573.* obiit *anno 577.* Sedit annis 4. Men. 11.

65. PELAGIVS II. creatur *anno 577.*

Arrogantiam Ioannis Constantino-politani, se scribentis *Episcopū Vniuersalē,* contundit, docens solum Episcopum

Ro-



Romanum esse Vniuersalem inde à Christo.

Moritur *an. 590.* Præfationes Missæ ante Consecrationem scripsit septenas diuersis anni temporibus ac festis recitandas. Sub eius Papatu quædam miranda contigerunt in monasterio S. Andree, præfente S. Gregorio Magno:

Vt Iustus monachus tres aureos abdidit: S. Gregorius eum visitari vetat à fratribus; nunciat in sterquilinio sepeliendum fore nî pœniteret. Pœnitens obiit; sepelitur, sed non apud alios. Dies cedunt XXX. eiusque miseratus S. Gregorius alios XXX. dies pro eo sacrificari iubet.

Interim apprensus fratri suo sciscitanti, qui haberet, respondit; hæcenus malè; at hodie Communionem accepi. *Dies Sacrificiorum computarunt, trigessimum repererunt, & quod per salutarem Hostiam supplicium euasisset agnouerunt.*

Defunctus frater, sepultusque remanentem apud sepulcrum solum Ioannem vocauit; decimoque post die moritur & ipte.

Ibidem puer Theodorus dissolutus, peste correptus face flere iussit seu pia loquentes, aut comprecantes. Agonizans vociferatur ad orantes: Date locum draconi, me devoraturus, ne crucier diutius; quare per vos non morior? Iustus se cruce signare, nequit; quia, ait, *squamis draconis premor.*

Atij instare precibus ad Deum; iste lætus gratias agit Deo precibus liberatus, & seruatus ad monasticam, quam & accepit.

Stephanus illustris mortuus sistebatur Iudici, mox dicenti; Non hunc,

sed Ferrarium adduci iussi. Redditur corpori; & vicinus eius Stephanus Ferrarius eadem hora moritur. Eum rediuius Romæ miles vidit ponte lapsum cruciari corpore toto, præterquam solis in manibus, quæ eleemosynas porrexerat. &c. Sedit Pelagius annos 11. Men. 2.

66. S. GREGORIUS MAGNUS, ex Urbis Præfectorum Monachus; dein Cardinalis, eligitur *an. 590.* Papa. Dumque Clerus pro illius Confirmatione mittit ad Mauritium Imp. datâ certâ pecuniâ; (sic enim ab Gothorum Regibus Arianis captum inuerat, postque Iustinianus improbè sancierat; ipse per litteras deprecabatur confirmationem; quas tamen germanus eius Præfector Urbis interceptit.

Interim sæuiente epidemia hortatur Romanos ad pœnitentiam; septemplex indicit *Litaniam*, Clericorum, Virorum, Monachorum, Fœminarum, Viduarum, Ancillarum, Pauperum & infantium; eam ipso ducendam septem diebus.

Vltima ibatur ad S. Petri, circumlata B. V. Mariæ imagine; & ecce ad Tiberim super mole Hadriani conspicitur Angelus exertum recondere gladium: cui initio pestis visæ calo cadere sagittæ.

Continuo indicit & octauam, *Miserere Litaniam*, pro gratiarum actione pestisque remisit.

Interea dum affertur confirmatio, Gregorius ementito habitu mercatoribus remissus, fugit in silvas; abdicom, quæ situmque diu ignea de celo columna prodit.

De fuga reprehensus ab Episcopo Rauen-



Ravennæ, pro apologia scribit librum de Cura pastorali. Mandat Italiâ totâ baptizatos reconciliari. Nam Antharit Longobardorû Rex Arianus baptizari vetuerat catholicè in patchate: ideo Deus eum necavit, quod die S. Gregorium ad Papatum vocavit.

An. 591. Profitetur quatuor Oecumenica Concilia, Nicænum, Const. Ephes. & Chalcedonense: & quintû contra Tria Capitula. *Clauim auream S. Petri* mittit dono Anastasio. Nam aureos clauis ad referandos sepulcri S. Petri cancellos multi contulerunt mittere, recipere prius in ijs fixas, *quæ super egros posita multis solent miraculis coruscare*, ait S. Greg. Eis aliquid limaturæ de catena S. Petri indebatur; *quæ, ait, colla vestra sanctificet*: Præstat hæc talia fides.

*Votum* monachis seruandum scribit. Matrimonium prohibet Subdiaconis, hosque spondere iubet Episcopis castitatem: iam vxoratos ordine altiore non inaugurari, nisi ab ducta se tecto lectoque separasset. In Conc. Romano statuit: *Si quis presbyter aut diaconus vxorem duxerit, anathema sit.*

Hoc eum pœnitentia ductum reuocasse mentiuntur Centuriatores, per mortem S. Vdalrici epistolâ, (plane confictâ) quasi ad Nicolaum Papam scripisset, Gregorium Clericis vxores permisisse, postquam sex millia capitû infantium piscatores in piscina repe-

rissent. At Nicolaus I. obiit XX. annis ante natum S. Vdalricum; & Nicolaus II. octoginta annis post Vdalricum creatus in Papam fuit.

Leandro Epif. Hispalensi percussanti respondet Gregor. *Trinam in Baptismo merisionem esse bonam*, & significare triduanam Christi sepulturam: At propter Arianos, significâtes eâ trinam Deitatis Essentiam, omitti iubet.

An. 592. Cognito S. Ioan. Euangelistæ tunicam ab Episcopo quodam asseruari, ipsum cum ea Romam euocat; inque Basilica S. Ioannis sub ara tunicam deponit; quæ producta fugauit tēpestates, stitit inundationes, &c. Idem Homilias in Euangelia scribit.

An. 595. Ioannis Constantinopolitani coarguit arrogatiâ nominis *Pater*, & *Vniuersalis*: vt qui Papæ solius proprij ab origine sint tituli, Obijt an. 604. cum sedisset annis 13. Men. 6.

Ad aurem ei scribenti columba pingitur; quia, Petro Diacono teste iurato, omnia Spiritu S. dictitante conscripsit. Nam maleuolis eius exusturis libros ille se eo pacto obiecit: *Si post iuramentum, quod omnia ex Sp. S. scripsit, moriar; scietis me verum iurasse; si supervixerero, viuis cum libris comburam.* Ergo in vmbone inter verba iuramenti Spiritum reddit Deo.

Traiani animam ab inferis oratione S. Gregorij liberatam fuisse, est fabula. Cætera repete ex Varijs infra.